



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 25. Diversæ Clementis XII. summi Pontificis Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)



dum innocuistemere aculeum infigunt, hoc ipso sese mellificio prorsus ineptas reddunt, ac demum pereunt.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1738.

§. XXV.

*Diversæ Clementis XII. summi Pontificis Constitutiones.*

Præter hanc Constitutionem adversus Ragotsum editam summus Pontifex hoc item anno varia alia promulgari jussit decreta, & quidem die decima quarta Martii Congregationi & Collegio S. Familiæ Christi extramuros Civitatis Neapolitanæ erecto, eorumque Ecclesiæ, & Alumnis ad preces Matthæi Ripæ fundatoris indulgit, ut privilegia, gratias, indulgentias atque exemptiones cum Congregationibus Oratorii S. Philippi Nerii & Piorum Operariorum communes habere possent: Nec his contentus Pontifex, eidem quoque Collegio concessit eadem privilegia, quæ olim Urbanus VIII. Papa Alumnis & Convictoribus Propagandæ fidei indusserat. Ut autem Clemens in suis Statibus luxum temperaret, simulque suæ ditionis Mercatoribus confuleret, die decima quinta Martii statuit, ut deinceps pro sericis mercibus, quæ ex alienis ditionibus intra Statum Ecclesiasticum invehuntur,

tur,



Sæc. XVIII. tur, vectigal decem scutorum pro quo-  
 A. C. 1738. libet centenario imponatur:

Quamvis Pontifex ejusque Præde-  
 cessor Clemens XI. jamjam singularibus  
 favoribus Ulyssiponensem Ecclesiam  
 Patriarchalem auxisset, nihilominus  
 tamen hoc quoque anno ejusdem Ec-  
 clesiæ Dignitatibus & Canonicis tunc  
 viventibus die vigesima secunda dicti  
 Mensis concessit, ut quotidie etiam una  
 hora ante auroram, & post meridiem  
 Missam in privatis suarum Domorum  
 Oratoriis in sui ac Familiæ præ-  
 sentia celebrare vel celebrari facere  
 queant.

Concessit insuper Pontifex, ut iis-  
 dem Canonicis quarta pars proventuum  
 ex omnibus Ecclesiasticis Beneficiis at-  
 tribueretur, simulque omnibus iis, qui  
 occasione controversiæ, quæ dudum  
 inter Pontificiam & Lusitanam Aulam  
 fervebat, vel ore vel calamo adversus  
 Papam insurrexerant, veniam & ab-  
 solutionis gratiam per speciale Breve  
 indulset, vicissim vero Joannes V. Lusitaniæ  
 Rex consensit, ut omnes Cathedralis  
 Ecclesiæ Canonici literas concessio-  
 nis, horumque Canonicatum con-  
 firmationem a Romana Curia petere &  
 obtinere tenerentur.

§. XXVI.